



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

XIII. Bischof Gernand von Brandenburg schenkt dem Kloster Leitzkau eine
Hebung von 4 Winspeln Getreide in Meterne, am 21. Dezember 1227.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

XIII. Bischof Gernand von Brandenburg schenkt dem Kloster Leitzkau eine Hebung von 4 Wispeln Getreide in Meterne, am 21. Dezember 1227.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. G. dei misericordie Brandenburgensis Episcopus Preposito de Lezeke et conuentui eius in perpetuum — Ad reuerentiam ergo et honorem beate et gloriose semper virginis dei genitricis Marie ac beati Petri apostolorum principis et beati Eleutherii martiris quatuor choros tritici in villa Meterne uobis conferimus et donamus et presentis scripti nostri patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat etc. Testes autem huius sunt hy: Godescalcus villicus de Meterne et eiusdem ville Ciues, Rodengerus villicus de Slantitz cum ciuibus suis, Ciues de Muschowe, villicus de Lodeburch et quidam ex Ciuibus suis, Villicus de Gowene cum Ciuibus suis. Datum Magdeburg XII kal. Januarii, Pontificatus nostri anno VI. Anno Incarnationis dominice MCCXXVIII.

Auscultata est presens copia etc.

Nach alter Copie des 16. Jahrhunderts im Brandenburger Dom-Archive. Nach der Jahreszahl des Pontificatus ist nach den bei Brandenburg mitgetheilten Urkunden von 1225—1230 die Urkunde wohl noch in das Jahr 1227 gehörig.

XIV. Das Capitel des Klosters Leitzkau verzichtet auf die kirchliche Jurisdiction in der Stadt Jessen, den 28. September 1265.

Univerſis Christi fidelibus praefens scriptum uisuris, Bertramus, dei gratia praepositus, prior totumque Lizekenſis eccleſiae capitulum ſalutem in ſilio dei. Quia ueritas multotiens calumniam patitur, expedit, ut fide teſtium et inſtrumentorum, que perhennem vim habent, in agendis negotiis roboretur. Orta diſſenſione inter honorabilem uirum dominum Lambertum, Brandenburgensiſ eccleſiae praepositum ac ejuſdem loci capitulum ex una et nos ex parte altera et jam dudum temporibus antecellorum utriuſque eccleſiae uentilata ſuper ciuitate Jezant, an idem oppidum, quoad iurisdictionem ſynodalem ibidem exercendam ad praepoſituram Brandenburgensem uel ad noſtram debeat pertinere; tandem precibus uenerabilis patris, domini noſtri Hinrici, Brandenburgensiſ epiſcopi, inclinati, ut omnis materia diſcordiae hinc inde ſuper praemiſſis orta propter bonum pacis ac concordiae penitus ſopiatur, omni iuri, ſi quod in praefato loco habuerimus et in poſterum conſequi poteramus, ſive de iure ſive de facto, renunciamus ex mera et libera uoluntate. In cuius facti memoriam praefentem literam praepoſito totique capitulo Brandenburgensiſ eccleſiae praepoſiti atque capitulo noſtri ſigillis tradidimus roboratam, adhibitis idoneis teſtibus, quorum nomina ſunt haec: uenerabilis pater, dominus noſter, Hinricus Brandenburgensiſ epiſcopus, Thidericus prior, Nicolaus cellerarius, Otto hoſpitalarius, canonici Litzckenſis eccleſiae et alii quam plures. Datum Liezeke, anno domini M^o. CC^o. LXV. III. Kal. Octobr.

Aus einem Brandenb. Copialbuche. Gercken's Stiftiſch. S. 473.